



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

59. An Inquisitores possint sine Episcopo proferre sententiam
absolutoriam rei? Et an sit vsu receptum indicere abiurationem, &
purgationem sine Episcopo? Ex p. 4. tr. 8. res. 50.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

RESOL. LVII.

De modis, quibus possunt Inquisitores terminare processum. Ex p. 4. tract. 8. Ref. 77.

§. 1. Quando reus non est plenè convictus, sed tantum indicatus, ita quòd iure absolvi non possit, habent Inquisitores tria remedia terminandi processum, unum scilicet per purgationem, aliud per abjuramentum, & tertium per torturam, & hoc extremum videtur accommodatius cæteris ad evendendam veritatem, cum purgatio & abjuratio inventa potius sint ad suspicionem & infamiam hæresis excludendam, quàm ad veritatem indagandam, & ita docet & observat Pegna in direct. Inquis. part. 3. comment. 39. Vnde non est audiendus Eymericus in d. direct. ubi supra, num. 151. docens quòd ad torturam deveniendum non sit quando adsunt indicia sufficientia ad abjuramentum indicandam: sed nostra sententia clarè determinatur in instruct. Toletana anno 1561. ubi n. 46. 47. & 48. sic habetur.

2. [Quando esta semiplenamente provado el delito o ay tales indicios contra el reo que no puede ser absuelto de la instancia en este caso ay diferentes remedios en derecho, que es abjuracion de vehementi o de levi, el qual parece remedio mas para poner temor al reo para adelantar que para castigo de los pasados. Y por esto a los que abjuran se les imponen penitencias pecuniarias, a los quales se deve advertir en el peligro que incurren de la fides relapsa si pareciesen otra vez culpados en el delito de la heregia y por esto deven los que abjuran de vehementi firmar sus nombres en las abjuraciones, aunque basta a qui no ha sido muy usado, y se haga con la diligencia que esta dicho en los reconciliados.

3. Otro segundo remedio es la conpurgacion la qual se deve hazer segun la forma de la instruccion con el numero de personas que a los Inquisidores ordinarios, y Consultores pareciere; cuyo alvedrio se remite. En lo qual solo se deve advertir que por la malicia de los hombres en estos tiempos es peligroso remedio y no esta mucho en uso, y que se deve usar del con mucho riento.

4. El tercero remedio es el tormento, el qual por la diversidad de las fuerças corporales, y animos de los hombres los derechos lo reputan por fragil y peligroso, y en que no se pueda dar regla cierta mas de que se deve remitir a la consciencia, y arbitrio de los Iueces regulados segun derecho, razon, y buena consciencia. Ita ibi.

5. Ad ornatum supradictæ Instructionis circa subscriptionem abjurantium, vide Pegnam in direct. Inquis. part. 3. comm. 40. ubi relatis Doctoribus, quorum aliqui in abjuracione subscriptionem necessariam affirmabant, aliqui verò secus, concludit subscriptionem requiri, quando reus penitens scit scribere; si verò nesciat, tunc aise debere Inquisitores & Notarium se subscribere, idque tutissimum dicit Decianus in tract. crim. lib. 5. cap. 47. n. 6. & 9. Vide etiam Ioan. Rojas singul. 1. n. 7. Delitum in disquis. magic. lib. 5. sect. 12. Simancam in cathol. instr. tit. 1. n. 9. & 10. Campesgum in addit. ad Zanchinum cap. 20. lit. B. & Gundissalvum de hæret. q. 20. n. 7.

6. Quod autem dicitur in supradicta Instructione quòd remedium purgationis est periculosum, vide Pegnam in direct. Inquis. part. 2. comm. 14. & Farinacium de hæresi q. 194. num. 64. ubi sic ait: Purgationis remedium est periculosissimum, fragile, fallax, & incertum, cum ab aliorum opinione & voluntate pendeat, &

propterea illo non utendum, nisi raro & cum magna cautela, utilisque & salubrius, est alias penas arbitrarías imponere, ad aliaque remedia confugere, & propterea in supremo Vbis totiusque Christianæ Republicæ Sanctæ Inquisitionis Tribunali purgatio ab aula ferè recessit, & non nisi raro induci solet, ita Farinacius.

7. Et tandem ad intelligentiam supradictæ Instructionis dum dicit quòd quando sit danda tortura; remittitur arbitrio Inquisitorum. Vide Campesgum in addit. ad Zanchinum tract. de hæret. cap. 9. lit. E. verum quid. Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 35. n. 20. Pegnam in direct. part. 3. comment. 39. & 110. & Petrum Binsfeldium de confess. malef. membr. 2. post 5. conclus. 5. exempli gratia, vers. licet quispiam, ubi declarat qualem in isto casu debeat esse Inquisitorum arbitrium. Vide etiam Farinacium tit. de indicis & tortura, quest. 37. num. 192. & seq.

RESOL. LVIII.

Quomodo Inquisitores se gerere debeant in sententiis ferendis.

Et an in determinando qualitatem culpe contra fidem anteponenda sit opinio Theologorum, opinio Canonistarum, & in processando causam, & imponendo penam Canonistarum opinio præferatur?

Et an in ferenda sententia, si ex parte juris sint diversæ opiniones, Inquisitores teneantur sequi opinionem probabiliorē, & quando sunt æquæ probabiles, illam sequi debent, quæ magis fuerit reo; & si datur æquale dubium, tunc absolvendus sit reus? Ex p. 4. tract. 8. Ref. 106.

§. 1. Debent illas ferre in die, & non in nocte nisi multitudo negotiorum aliter fieri non permittat, & in publico, & in scriptis, aliter non valet, non tamen tenentur hæc efficere pro Tribunali sedendo, & dictas sententias modo quo supra possunt per alios proferre, & in sententiis condemnatoriis exprimens est specialis error, de quo fuit reus notatus, ac criminis investigatio, ut citationes, admonitiones, confessiones, probationes, legitimæ indicæ ad pronuntiandum competentes, obduratus animus tñ in erroribus, & reliqua quæ ad iustum processum conficiendum requiruntur, & hæc omnia docet Pegna in direct. Inquis. part. 3. comm. 40. & alij.

2. Nota hic obiter quòd in determinando qualitatem culpæ contra fidem anteponenda est opinio Theologorum opinioni Canonistarum in processando causam, & imponendo penam Canonistarum opinio præferatur. Ita Azor. tom. 1. lib. 2. cap. 17. quest. 3. Iudicia verò præparatoria tractari ab Inquisitoribus debent secundum cuiuscumque Inquisitionis filium, & in ferenda sententia, si ex parte juris sunt diversæ opiniones, probabilis est teneri Inquisitores sequi opinionem probabiliorē, quando autem duæ opiniones ex parte juris sunt æquæ probabiles, illam sequi debent, quæ magis fuerit reo, cum in dubio debeat ipsi favendum sit, & si in parte facti secundum quod alterius probatur, deat æquale dubium, etiam tunc absolvendus est reus.

RESOL. LIX.

An Inquisitores possint sine Episcopo proferre sententiam absolutivam rei?

En an sit us receptum indicare abjuramentum sine Episcopo? Ex p. 4. tract. 8. Ref. 50.

§. 1. Prima

^{Sup. hoc sup.} ^{in to. 3.} ^{Ref.} ^{et. 5.} ^{Ref.} ^{quid.} **P**rima opinio negat. Ita Simanca in cathol. in-
stit. tit. 3. num. 9. & in enchirid. tit. 51. num. 2.
Rojas singul. 27. num. 7. Zeechius in sum. tract. 1. tit. de
fide. cap. 11. num. 14. Azorius tom. 1. lib. 8. cap. 18. q. 16.
& alij.

2. Secunda opinio affirmat, & ita docet Molina de
just. tom. 5. tract. 28. num. 15. Iulius Clarus in
praxi crimin. §. heresi. num. 5. qui citat glossam in
Clem. 1. de hereticis, in ver. Contra eos, & Cartarium
in praxi.

3. Tertia opinio distinguit. Vnde Michael Zanardus
in direct. Theol. part. 2. cap. 6. quæst. 15. sic ait: Quoad
sententiam absolutoriam multi tenent Inquisitorem
& Episcopum unum posse sine altero inquisitum de
heresi absolvere, ut Io. Andreas, Paulus Cardin. &
Abbas; alij verò, ut Ancharanus, Aretinus, & Soci-
nus oppositum sentiunt. Videtur autem mihi dicen-
dum quod absolvere inquisitum de heresi stat duplici-
ter. Primò, quando ex processu non refertur eum esse
nec convictum, nec confessum, nec iudicis sufficien-
tibus ad torturam indicatum de heresi. Secundo, quan-
do est convictus, vel confessus, vel graviter indicatus,
ita ut torquendus veniat. Si primum, uterque potest
seorsim reum absolvere, quia non est inventus reus,
nec aliud contra eum manet agendum. Si secundum,
unus non poterit sine alio eum relinquere & absolvere.
Primò, quia torquendus est, & tortura non potest
infligi ab uno sine alio. Secundo, quia sumus in nego-
tio gravi, in quo postulanda est congregatio, & ad
ulteriora est procedendum. Hæc Zanardus.

4. Mihi verò placeret prima opinio quæ fundatur
in Clement. 1. de heret. sed in aliquibus provinciis est
consuetudo ut Inquisitores sine Episcopo proferant
sententiam absolutoriam, & ideo Antonius Sanctarell.
de heresi cap. 40. dub. 2. num. 13. sic asserit. Alij sentiunt
non posse Episcopum & Inquisitorem seorsim senten-
tiam absolutionis proferre; quæ sententia est sequen-
da, nisi alicubi esset consuetudo in contrarium legiti-
mè præscripta. Ita ille, & ego.

5. Sed an dicta consuetudo in sacro Tribunali In-
quisitionis Hispaniæ viget, Molina de just. tom. 5. tract.
5. disp. 27. num. 15. in fine, affirmat. Sed Simanca in cathol.
instit. tit. 3. num. 9. negat.

6. Nota etiam, ut ^{supra} adnotavimus, quod Sosa
in aphorism. Inquis. lib. 1. cap. 3. num. 5. docet, esse usu re-
ceptum Inquisitores indicare abjuratorem, & purga-
tionem sine Episcopo, unde ubi adest talis consuetudo
legitimè præscripta, ego illam, ut ^{supra} dixi non
damnare.

RESOL. LX.

An Inquisitores possint procedere ad decisionem causarum
sine Vicario Capituli Sedis vacantis?
Et an Capitulum Sede vacante sit iudex in causa hæ-
resis?
Et quid in ordine ad exemptos? Ex part. 4. tract. 8.
Ref. 33.

^{Sup. conten-} ^{to in hac} ^{Ref. in to. 3.} ^{et. 5.} ^{Ref.} ^{et. 22.} **R**espondeo negativè, nam, ut ^{supra} dictum est
de Episcopo, dicendum est etiam de Capitulo
Sede vacante, quod est iudex ordinarius in causa hæ-
resis, non exercendo hanc jurisdictionem per se ip-
sum, sed per Vicarium ad id specialiter deputatum, ut
patet in cap. ad abolen. de heret. ibi, vel Clerici ipsi Sede
vacante, &c. & colligitur ex Clem. 1. §. propter de hæ-
ret. Et ita hanc sententiam tenet Simanca in cathol. in-
stit. tit. 2. §. num. 6. Gundissalvus de heret. quæst. 7. n. 8.
Decianus in tr. crim. lib. 5. cap. 21. num. 13. Carrera tr.
de heret. num. 66. & 70. Bonifacius de Vitalinis in Cle-

ment. 1. num. 48. & 50. de hereticis, & alij. & hæc om-
nia procedunt non solum quando sedes vacat absolu-
tè, sed etiam quando Episcopus esset captivus, vel si
non ministraret propter non expeditas literas, ut non-
tant Decianus, Carrerus & Bonifacius de Vitalinis
locis citatis.

2. Sed an Capitulum Sede vacante sit iudex in cau-
sa heresis modo quo ^{supra} etiam in ordine ad exemptos,
affirmat Socinus in cap. ad abolen. num. 44. &
Card. Zabarella in Clem. 1. de heret. §. duro. num. 60.
in 8. quæst. At ego contrariam sententiam tenendam
esse existimo, quia Capitulum succedit Episcopo in
his quæ Episcopo competunt de jure ordinario, non
autem ex delegatione. Sed Episcopus, ut ^{supra} nota-
tum est, non est iudex ordinarius exemptorum in cau-
sa heresis, sed delegatus, ergo &c. & ideo nostram
sententiam tenet Decianus ubi ^{supra}, num. 14. & Car-
rera n. 66. cum Io. Andrea in cap. ad abolen. num. 15.
Ancharano num. 10. & aliis.

RESOL. LXI.

An detur appellatio à sententia Inquisitorum lata con-
tra hereticos, eorum credentes, fautores, defensores, &
receptatores?

Et an hæredes heretici possint appellare à sententia lata
contra hereticum?

Et an detur appellatio à sententia interlocutoria gra-
vaminis illati ante definitionem, & pariter in ap-
pellatione à Decreto tortura? Ex part. 4. tract. 8.
Ref. 20.

^{Sup. conten-} ^{to in hoc §.} ^{in ref. seq.} ^{§. 1.} **R**espondeo quod à sententia contra hereticos, ^{Sup. conten-} ^{to in hoc §.} ^{in ref. seq.} ^{§. 1.}
Reorumque credentes, fautores, defensores, &
receptatores lata non datur appellatio, ut patet ex ^{Sup. conten-} ^{to in hoc §.} ^{in ref. seq.} ^{§. 1.}
Inquisitionis, de heret. in 6. & tradunt DD. ut Simanca
de Cathol. instit. tit. 6. num. 2. Rojas singul. 19. num. 1.
& seq. Paramus de Inquisit. orig. lib. 3. quæst. 4. num. 58.
Decianus in tract. crim. lib. 5. cap. 20. num. 26. & cap. 58.
num. 1. & Patinacius de heresi quæst. 185. §. 15. num. 227.
ubi num. 230. notat, quod sicut hereticus à sententia
contra se lata appellare non potest, ita nec etiam ap-
pellare possint illius hæredes.

2. Notandum est tamen quod limitatur supradicta ^{Sup. hoc ibi} ^{dem §.} ^{Ve-} ^{rum}
sententia à Farinacio num. 232. & 235. Calderino tr.
de heret. cap. 29. num. 2. cum aliis in appellatione à sen-
tentia interlocutoria gravaminis illati ante definiti-
vam, & pariter in appellatione à decreto tortura.

3. Non gravabor tamen hic, apponere verba In-
struct. Tolet. anno. 1561. num. 50. ubi sic ait. [Deven-
los Inquisidores mirar mucho que la sentencia del tor-
mento sea justificada, y precediendo legitimos indici-
cios, y en caso que desto tengan escrúpulo o duda por
fer el prejuizio irreparable pues en las causas de here-
gia ha lugar apelacion de las interlocutorias otorga-
ran la apelacion a la parte que apelare. Pero en caso
que esten satisfechos de los legitimos indicios, que
del proceso resultan esta justificada la sentencia del
tormento, pues la apelacion en tal caso se reputa fri-
vola, deven los Inquisidores proceder à la execucion
del tormento sin dilacion alguna. Y adviertan que en
dada han de otorgar la apelacion, y por esto non pro-
cedan à sentencia de tormento ny execucion della ha-
sta despues de conclusa la causa, y haviendose rece-
bido las defensas del reo.] Sic ibi. Sed de hac quæ-
stione ^{infra} etiam redibit sermo.

^{Sup. hoc ibi} ^{dem,} ⁱⁿ ^{ordine ad} ^{exemptos} ^{ibi in §. ult.} ^{& lata in §.} ^{ult. & lata in} ^{alia Ref.} ^{ejus annot.} ^{Sup. in Ref.} ^{quæ hic est} ^{infra §.} ^{Quando an-} ^{te medium.}

^{Sup. hoc ibi} ^{dem §.} ^{No-} ^{tandum est} ^{latè in alia} ^{Ref. ejus} ^{not.}

^{Inf. in ref.} ^{quæ nunc} ^{hanc sequet} ^{tur.}